

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Aduocati g  
cum fonte primo

Verbosulus aduocatus  
aut rumpetur aut loquetur.  
Plenus est sermonibus;  
coartus est spiritus uteri sui.  
Esurit et sitit auditores  
quibus iactitet uanitates,

et habita oportunitate  
loquendi. Si de litteris agitur,  
noua profert et uetera.  
Volant sentencie; resonant uerba  
impullosa. Interrogantem preuenit  
et querenti non respondet.

Bernardus ibidem (libro de  
consideracione).

Aut loquetur ergo, aut rumpetur.  
Plenus est enim sermonibus,  
et coarctat eum spiritus uteri sui.  
Esurit et sitit auditores,  
quibus suas iactitet uanitates,  
quibus omne quod sentit effundat,  
quibus qualis et quantus sit innotescat.  
Inuenta autem occasione  
loquendi, si de litteris sermo exoritur,  
vetera proferuntur et noua;  
volant sententiae, uerba resonant  
ampullosa. Praeuenit interrogantem,  
non quaerenti respondet.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gradibus humilitatis et superbiae*, 13.41  
(SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.47-8, ll.25, 1-6).